

**Latein**

5. März 2010, 13:00 Uhr

**Nuntii Latini Septimanales 5.3.2010**

Lateinischer Wochenrückblick 5. März 2010

**Olympia hiberna vicesima prima finita**

In urbe Vancouver in Canada sita Olympia hiberna finita sunt. Athletae Germaniae in contentione nationum secundum locum post Canadenses obtinent. Eorum optima se praestitit Magdalena Neuner, quae duo nomismata aurea, unum argenteum adepta erat.

**Europa tempestate vexata**

Tempestate ingenti in Europa saeviente ad quinquaginta homines vitam amiserunt. Magnae partes Hispaniae et Francogalliae inundatae sunt. Gubernatores Francogalliae declaraverunt rem publicam in summo discrimine esse.

**Turci in custodiam dati**

Multi praefecti militum in Turcia comprehensi sunt. Quibus crimini datur Tayyip Erdogan primo ministrorum insidias paravisse. Iam anno millesimo nongentesimo octogesimo milites Turci rem publicam everterant.

**Weitere Informationen:**[Nuntii Latini Septimanales 9/2010, \[1:24\]](#) [Lateinischer Wochenrückblick 9/2010](#) 

Deutsche Version

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/wochenrueckblick/latein/nachrichten162.html>